

ris faciem refudit.

DANTES ALIGHERIUS.

DAntes Aligherius & ipse conciuis
nuper meus, vir vulgari eloquio cla-
rissimus fuit, sed moribus parū, per con-
tumaciam & oratione liberior quàm de-
licatis ac studiosis ætatis nostræ Princi-
pum auribus atque oculis acceptum fo-
ret, Is igitur exul patria, cum apud Canem
Mignum, commune tunc afflictorum
solamen ac profugium versaretur, primo
quidem in honore habitus, deinde pede-
tentim retrocedere cœperat, minusque in
dies Domino placere: Erant in eodem
conuictu histriones ac nebulones omnis
generis, vt mos est, quorum vnus proca-
cissimus obscœnis verbis ac gestibus,
multum apud omnes loci ac gratiæ tene-
bat: Quod molestè ferre Dantem suspica-
tus Canis, producto illo in medium, &
magnis laudibus concelebrato versus in
Dantem: Miror, inquit, quid causæ subfit,
cur hic cum sit demens, nobis tamē omni-
bus placere nouit, & ab omnib. diligitur,
quod tu qui sapiens diceris non potes? Ille
autem minimè, inquit, mirareris, si nosses
quod morū paritas & similitudo animorū
amicitiæ